SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt (u. a. Neustift), 15. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35497
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

homo huic mundo dum mens ab omnibus interioribus et ab ex-
terioribus tumultibus libera intra sinum divini amoris se-
pulta in abstondita secreti divini requiescit Ad hanc ad
immobilitatem tranquillissime quietis et felicissime obdormi-
tionis devota anima sex quibusdam gradibus ascendendo la-
borat in septimo tandem adoptando quietis portum divine
suffulta suffragio potest pervenire Quid igitur hii gradus
primus est omnis terrene sollicitudinis depositio Secundus
mentis ab omni specie creata perfecta denudatio // Tertius
simpliciter in sui intrinseco recollectio omnimoda Quartus
voluntatem suam in divinam voluntatem totalis transformatio
Quintus simpliciter perfecta delitatio // Sextus simpliciter ple-
naria transfusio Septimus in divinam caliginem spiritalem
introductio. Hii quidem sunt fortissime mortificationis
de quibus moysi cupienti deum videre dicitur Non videbit
me homo et vivet hoc est nisi spiritus prius ab hoc mundo
et mundana gubernatione penitus transtulerit atque sensibili-
bus ipsis alienatus non videbit me quod in hac vita de-
videri potest nisi prius sibi moriatur. Verumtamen iam breves
septem mortificationibus gradibus necesse est ut paululum
lacunas non tam plenius per lectoris instructionem transeundum
sit. primus dico mortificationis interioris homis gradus est
omnis terrene sollicitudinis depositio Oportet enim quod primo
devota mens omnem terrenam sollicitudinem denunciat qua
videlicet velut gravi ponderi ad deum levare se cupi-
ens retinetur. Unde beatus moyses vocatus a deo in monte
ascendere volens ac perfecti divina visione volens et eloquio
se prius ab immensis curis et sollicitudinibus quas gerebat
in regimine populi dei exponere ac in retro cogitando respi-
cit superioribus aut habet pacem et vt vobis tradi si quid